



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

XLVII. Vt praeter scripturas canonicas, nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturaru[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

Item placuit, vt præter scripturas canonicas, Cod. Can. cap. 24.  
nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum  
scripturarum. Sunt autem canonicæ scripturæ,  
Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deutero-  
nomium, Iesus Naue, Iudicum, Ruth, Regno-  
rum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob,  
Psalterium Dauidicum, Salomonis libri quinque,  
Libri duodecim prophetarum, Isaias, Ieremias,  
Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Esther, Esdræ li-  
bri duo, Machabæorum libri duo. Noui autem te-  
stamenti, euangeliorū libri quatuor, Actuum apo-  
stolorum liber vnus, Pauli apostoli epistolæ tredecim,  
eiusdem ad Hebræos vna: Petri apostoli duæ,  
Ioannis apostoli tres, Iudæ apostoli vna, & Iacobi  
vna, Apocalypsis Ioannis liber vnus.

Quidam vetustus codex sic habet: De confirmando isto Canone  
transmarina ecclesia consulatur.

Hoc etiam fratri & confacerdoti nostro Boni-  
facio, vel aliis earum partium episcopis, pro confir-  
mando isto Canone, innotescat, quia a patribus ista  
accepimus in ecclesia legenda. Liceat etiam legi Afric. 17.  
passiones martyrum, cum anniuersarii dies eorum  
celebrantur.

Licet istud cap. 47. in præsentī exemplari, tamquam aliquod hu-  
ius Concilii capitulum habeatur, in aliis tamen certis Conciliorum  
libris dicitur esse Carthaginensis Concilii 24. capitulum, celebrati  
post consulatum Honorii duodecimum, & Theodosii octauum,  
quorum annus currit sub Bonifacio papa.

De Donatistis placuit, vt consulamus fratres & Afric. 16.  
1. quest. 4.  
placuit vt  
de infanti-  
bus.  
confacerdotes nostros Siricium & Simplicianum,